

7. Tunc Holoferne præcepit servis suis, ut comprehenderent Achior, et perducerent eum in Bethuliam (1), et traderent eum in manus filiorum Israel.

à la faire massacrer dans le moment? Mais c'est ce qui n'était pas en son pouvoir, quelque grande que fût l'idée qu'il avait de sa puissance. Car Dieu avait résolu de récompenser Achior de la générosité avec laquelle il avait parlé pour sa gloire, et de le faire entrer en société avec son peuple. Et il permet pour cela que l'orgueil même d'Holoferne contribue à le sauver, lorsqu'il résolut de ne lui laisser la vie qu'au fin de la lui ôter ensuite d'une manière qui lui eût été d'autant plus sensible, qu'il aurait vu de ses propres yeux la ruine entière d'un peuple dont il avait relevé si fort le Dieu. Étrange effet de l'aveuglement d'un esprit superbe, qui se prépare en idée un plus grand triomphe d'un ennemi qu'il n'épargne que pour le punir plus cruellement! Mais admirable et adorable conduite du Dieu tout-puissant, qui sait se servir de la vanité des esprits les plus impies pour les aveugler eux-mêmes, et pour procurer à ceux qui le haïssent sa miséricorde par les mêmes voies que leur fausse sagesse leur fait prendre pour la perdre! Qui ne se consolera par la vue de ces grands exemples, dans quelque fâcheuse extrémité qu'il se voie réduit du côté des hommes? *Si Deus est pro nobis, qui potest esse contra nos? Qu'un ennemi artificieux et superbe forme de vaines desseins pour nous perdre, et qu'il se glorifie en lui-même de l'heureux succès dont il se flatte déjà par avance; nul ne peut nuire à celui qui est en la garde du Seigneur. Et tel se réjouit d'avoir creusé un précipice pour son ennemi, qui y tombe le premier.* (Sacy.)

(1) Si fides eorum qui terram sanctam peragraverunt fides habenda esset, de situ Bethulie minimè ambigeremus. Urbem enim hanc summo assensu collocant in tribu Zabulonis, spatio leuca procul à Thierade, occidentem versis, et æquo intervallo ab Abelna. Sunt etiam qui ipsa castrorum Holofernis vestigia in vicino rivulo huc agno monstrant. Hinc opinionari favere videtur Scriptura, cum capite sequenti ferat, exortum Holofernis motis castris ut Bethuliam proficeretur, venisse per crepidinem montis usque ad apicem, qui respicit super Dothain, à loco qui dicitur Belma, usque ad Chelmon, qui est contra Esdrelon. Loca sunt hæc omnia tribu Zabulonis proxima. Chelmon, vel potius Selmon, mons est propè Simeon, vel fortè ipsa est Cedmon urbs ejus regionis, ex qua nomen torrentis Cadumim, Belma ipsa est facilè Beelmaim, de qua in capite 4. 5.

Græcus legit, motis castris profectos fuisse in vallem propè Bethuliam super fontem, et extendisse se in latitudinem super Dothaim usque ad Bethlehem (vel Bethem) et in longitudinem ad Esdrelon. Hæc descriptio propè ad tribum Zabulonis admodum: est enim in eodem tribu Bethlehem, de qua hic; et non procul occurrunt Dothain et Esdrelon. Nec, si pro Bethlehem legeretur cum editione Romanâ

7. Alors Holoferne commanda à ses gens de prendre Achior, de le mener à Bethulie et de le mettre entre les mains d'Israel.

Bethem, atque hæc pro Beelmaim acciperetur, longius à tribu Zabulonis removeretur. Cyamon mendum est faciliè librorum. Syrus legit Cadmon, occurritque ejus regionis torrentis Cadmon, vel Cadumim, qui idem est torrentis Cison, ut ad Judicæ 5, 21, animadvertimus. Hæc nos validiora cœnasmus, quibus definitur posset situs Bethulie in tribu Zabulonis, ubi penomdam censuerunt Brocardus et Adrichomius cum plerisque interpretibus.

Ambigunt nihilominus quidam, utrum Bethulia hæc Gallicæ eadem sit, quam quærimus, vetus Bethulia. Qui è nostris loca sancta peragraverunt, ejus regionis narratiunculas, plerumque incertissimas, sectati sunt. Latuit Eusebium et S. Hieronymum, qui planè illam silent. Meminit Suidas urbis Bethulia; sed urbem hanc esse Judæarum dicens, cætera silet. Est in Scripturâ Bethul vel Bathul, urbs in tribu Simeonis, quam nec Eusebius, nec S. Hieronymus præterunt, idemque S. Hieronymus in Vita S. Hilariionis exhibet urbem Bethuliam in finibus Arabiæ, Ægyptum versis, quinque dierum itinere à Pefusio. Eandem urbem faciliè Inuit Sozomenus sub nomine Bethelie. Pagus erat non modicus, ad urbem Gazam pertineans, templis celebris, quorum insignis erat vetustas æquæ ac structura. Ad eandem urbem Judith cum viro suo et optimates Bethulie pertinebant. Quis credat, sedem illos transulisse in tribu Zabulonis, à sorte suâ adeo remotam? Ad hæc, si viam ab Holoferne signatam sequaris, statim intelliges, illum è Syriâ in Palestinam profectum, pertransisse Galilæam; quidquid autem trans torrentem Cison jacebat, cætenasque torrentem Cison jacebat, cætenasque distinguitur, leges ab eodem Samaritanæ accepisse. Ejus copia unius mensis spatium in ditone Ephraim et Manasse consecerunt: ibi autem substitit, ut reliquum copiarum suarum operiret, quibus instructus Ægyptum invaderet, ex regis imperio. Quæ transitum ejus remorentur, sola Judæa, et tribus Simeonis præsertim, supererant, quas cum detrectare imperium, nec venire cum cæteris ad dedicationem intelligeret, paravit sese ut vi cogeret. In hæc narratio omnia sibi optimè constant.

Quid verò responderetur textui capitis 7, quem superius proximus? Quæ ratione Holofernis exercitus considerat potuit in castris Dothain propè Esdrelonem, Cadmonem et Bethlehem, quo tempore Bethuliam in tribu Simeonis obsidebat, urbem ab his castris quinque milia vel sexaginta leucis remotam? Respondetur, Scripturam capite septimo non deseribere castra, quæ se contulerunt copias Holofernis, sed quæ desererant, propè accedentes ad tribum Simeonis et ad Ægyptum. En sensum Vulgatæ: *Holofernes præcepit exercitibus suis ut ascenderent contra Bethuliam... Omnes paraverunt se pariter ad pugnam contra filios Israel, et venerunt per crepidinem montis usque ad apicem qui respicit super Dothain. Ex-*

8. Et accipientes eum servi Holofernis, profecti sunt per eamstria: sed cum appropinquassent ad montana, exierunt contra eos fundibularii (1).

9. Illi autem divertentes à laterè montis, ligaverunt Achior ad arborem manibus et pedibus, et sic vincitum restibus dimiserunt eum, et reversi sunt ad dominum suum.

10. Porrò filii Israel descendentes de Bethulia, venerunt ad eum: quem volentes duxerunt ad Bethuliam, atque in medium populi illum stantes, percunctati sunt quid rerum esset, quòd illum vincitum Assyrii reliquissent.

11. In diebus illis erant illic principes (2), Ozias (3) filius Micha de tribu Simeon, et Charmi, qui et Gothoniel (4).

placabant se à Belmâ (vel Beelmaim) usque ad Chelmon (vel Cadmon), quæ est contra Esdrelon. Is erat situs castrorum, quæ deseruerunt, cum agmen profectum est. In eandem sententiam explicari potest Græcus et Syrus. (Galmet.)

(1) Un géographe, dit Voltaire, serait bien empêché à placer Bethulie; tantôt on la met à 40 lieues au nord de Jérusalem, tantôt à quelques milles au midi. — Tous les géographes sont bien empêchés aujourd'hui à placer Babylone; il y a sur ce point trois sentimens différens, et nous ne serions pas embarrassés à prouver qu'aucun, pas même celui qui la place près des ruines d'Hella, n'est satisfaisant: donc Babylone n'a jamais existé. Nos antiquaires disputent sur la position de la plupart des villes de Gaule, dont César a parlé dans ses commentaires; on n'est d'accord ni sur celle de la ville des *Viducassiens*, ni sur celle de la cité des *Caltes*; donc César ne fut qu'un romancier. On n'est point d'accord sur la position de la forêt d'Arolanum dans laquelle Clotaire I et ensuite Clotaire II se retirèrent après leur délaite: les uns disent que c'est la forêt d'Orléans, d'autres soutiennent que c'est celle de Bretonne en Normandie, sur les bords de la Seine: donc la fuite de ces deux rois est une fable.

Au reste il est faux qu'un géographe soit bien empêché à placer Bethulie. Cette place, selon deux textes bien formels du livre de Judith, était voisine de la plaine d'Esdrelon, et cette plaine était certainement en Galilée, entre Bethsan ou Seythopolis et le mont Carmel. Bethulie était donc dans le même pays, environ à trente lieues au nord de Jérusalem. Ceux qui la placent à quelques milles au midi de cette capitale n'en donnent que des raisons faibles et absolument étrangères à la géographie, en identifiant avec celui qu'elle habitait depuis son mariage. (Duchot.)

(4) Funditores Bethulie in eam copiarum partem eruperunt, quæ Achiorum deducebat. Græcus fustor est: *Provennerunt è medio campe-*

8. Les gens d'Holoferne, s'étant saisis de lui, s'en allèrent le long de la campagne; mais, comme ils approchaient des montagnes, les frondeurs sortirent contre eux.

9. Et eux, en se détournant du côté de la montagne, lièrent Achior à un arbre par les pieds et par les mains; et l'ayant ainsi attaché avec des cordes, ils le laissèrent là, et retournerent vers leur maître.

10. Or les Israélites étant descendus de Bethulie, vinrent au lieu où il était; ils le délièrent et le conduisirent dans la ville, et l'ayant amené au milieu du peuple, ils lui demandèrent pourquoi les Assyriens l'avaient abandonné lié de la sorte.

11. En ce temps-là, Ozias, fils de Micha, de la tribu de Simeon, et Charmi, qui s'appelaient aussi Gothoniel, commandaient dans le pays.

stris in montaniam, et advenerunt super fontes, qui erant sub Bethulia. Et ut viderunt eos viri cœnitas super cacumen montis, impulerunt arma sua, et abierunt extra civitatem ad cacumen montis, et omnis vir fundibularius tenuit ascensum ipsorum, et jaculati sunt lapidibus super eos. (Galmet.)

(2) ἄρχοντες πόλεως, principes urbium; idem qui ἡγεμόνες τῆς πόλεως, Seniores urbium, infra 41. (Grotius.)

(3) Ergo advena erat Ozias, utpote ex tribu Simeon oriundus, sed qui Bethulie, in urbe Babylonice tridis, principem agebat, fortè civitate jam pridem donatus; fortè etiam roens occasione belli hujus Holofernicæ Jerosolymâ à pontifice Eliacim Bethuliam submissus. Cui postremò faveo, quòd in decursu hujus historia, non Bethulie tantum princeps, sed subinde etiam princeps Juda vocetur, ut c. 8, v. 54, imò etiam princeps populi Israel c. 15, v. 25. Alteri principi Charmi licet in Græco, cognomen additur Melchiel; et c. 8, v. 9, etiam in Latino jungitur et socius Chabri, aliàs Gothoniel, quos Lyranus et Carthusianus ex eo putant sacerdotis fuisse, quòd in hæc historia subinde presbyteri vocentur; et soleant sacerdotes sæpè præfici etiam rebus bellicis, ut Josephus suo plurimum aliorum exemplo docet. Sed infirmum hoc est argumentum, cum presbyterorum nomine designari constet seniores quosvis; et in singulis urbibus essent ex institutione Moysis, ut alibi tradit Josephus, septem designati, qui principes et iudices populi essent et seniores et presbyteri advocari solebant, vel majores natu; vel optimates. Et licet his assignarentur semper aliqui ex Levitis, poterant tamen ipsi ex quavis tribu desumi: et ferè desumebantur ex eâ tribu, cujus civitas esset, quanquam, is ordo sæpè servatus non fuerit. (Tirinus.)

(4) Licet enim Bethulia esset in tribu Zabulon, tamen ex aliâ tribu, puta Simeon, habuit ducent, ut toti Israeli præferre iudices ex variis tribubus oriundi. Hinc et Ozias hic c. 8, 54, vocatur princeps Juda, et c. 15, 25, princeps populi Israel. Lyran. et Dion. censent Oziam et Charmi fuisse sacerdotes seniores.

12. In medio itaque seniorum (4), et in conspectu omnium (2), Achior dixit omnia que locutus ipse fuerat, ab Holoferne interrogatus: et qualiter populus Holofernis voluisset propter hoc verbum interficere eum:

13. Et quemadmodum ipse Holofernes iratus jusserit eum Israelitis hæc de causa tradi, ut dum vicerit filios Israel, tunc et ipsum Achior diversis jubeat interire supplicii, propter hoc quod dixisset: Deus cœli defensor eorum est.

14. Cùmque Achior universa hæc exposuisset, omnis populus cecidit in faciem, adorantes Dominum, et communi lamentatione et fletu unanimes preces suas Domino effuderunt.

15. Dicentes: Domine Deus cœli et terræ, intue superbiã eorum, et respice ad nostram humilitatem (3), et faciem

quiam Græco vocantur presbyteri. Sed *πατέρες*, id est, presbyteri, vocatur seniores major ætate, sive laicos sit, sive sacerdos. (Corn. à L'ap.) Græcus et Syrus ferunt: Ozias filius Michæ, et Abris filius Gothoniæ, et Charmis filius Melchiel. Legitur sanè Chabri quidam inter principes regionis, capite 8, 9. Viri erant principes, et distincti inter ceteros, qui titulo seniorum Israelis donantur 11, 12 et 20. Urben ejusque agrum moderabantur, præeram cultibus, jus dicebant, populum in bello ac pace ad nutum regis, vel principis totius gentis regebant.

(1) Græcus et Syrus fusiores aliquantò sunt: Conocuerunt omnes seniores civitatis, et concurserunt omnes juvenes eorum, et mulieres in cœtum: et steterunt Achior in medio omnis populi: et interrogavit eum Ozias quod acciderat. Et respondens amonitavit eis verba concessit Holofernis, et omnia verba quæcumque locutus erat in medio principum filiorum Assur, et quæcumque magniloquè locutus erat Holofernes in domum Israel. Et procedentes populus, adoraverunt Deum, et clamaverunt, dicentes: Domine, Deus cœli, respice super superbiã eorum. Ita hæc versiones pro vv. 12, 13 et 14.

(2) Etiam populi, quæ *ἰσχυρία*, conventus, hic dicitur in Græco, id est, *ἄνθρωποι*.

Quæ locutus ipse fuerat, ad Holoferne interrogatus. In Græco, *τὸ ἐλάλησεν τῷ ἠγεγεμένῳ*, *ὁμοιωσέν, verba concessit Holofernis, id est, quæ in illo militari Holofernis concessu dicta fuerant.* (Grotius.)

(3) Ita et in cantico Deipara Virgo de se: Quia respectu humilitatem ancille suæ; his et similibus Scripturæ locis, humilitas non significat virtutem illam, quæ quis humiliter et modestè de se sentit, quæ à Latinis propriè vocatur modestia, et Græcè *ταπεινότης*, sed significat vilem et abjectum statum, seu conditionem hominis, præsertim in afflictione constituti; qualis hic erat populus Israeliticus.

12. Ainsi Achior dit au milieu des anciens, et en présence de tout le peuple, ce qu'il avait répondu aux demandes d'Holoferne; comment les gens d'Holoferne l'avaient voulu tuer, pour avoir parlé de la sorte;

13. Et comment Holoferne même, transporté de colère, avait commandé qu'on le mit entre les mains des Israélites, afin qu'après qu'il aurait vaincu les enfants d'Israël, il fit aussi mourir Achior dans les supplices, parce qu'il avait dit que le Dieu du ciel était leur défenseur.

14. Quand Achior eut raconté toutes ces choses, tout le peuple se prosterna le visage contre terre, en adorant le Seigneur; et mélangés ensemble leurs cris et leurs pleurs, ils offrirent d'un même cœur leurs prières à Dieu.

15. Disant: Seigneur Dieu du ciel et de la terre, regardez leur orgueil, et voyez notre abaissement, et considérez l'état où sont réduits vos saints; faites voir que vous n'aban-

Græci vocant *πατέρες*. Sensus igitur est: Respice ad nostram humilitatem, id est, ad afflictionem nostram, et miserabilem statum nostrum, sive ad externam humilitatem, quam alitò assumimus, jejunando, cilicisque nos induendo. (Estius.)

Respice ad nostram humilitatem, id est, ad fortunas nostras abjectas ac miseræ. Confer Lucæ 1, 48. ET FACIEM SANCTORUM TUORUM ATTENDE. Græcè: *ἐπιθεσόντες ἐπὶ τὸ πρόσωπον τῶν ἡγιασμένων*, respice faciem sanctificationum, id est, sacerdotum, et Nazæarorum. (Grotius.)

Quidam istud sic interpretantur: Convertite oculos tuos, non ad nostra merita, que nulla aut exigua sunt, sed ad merita sanctorum tuorum Abraham, Isaac, Jacob et aliorum sanctorum patrum, ut qui nostrâ iniquitate premimur, eorum meritis liberemur. Est quidem sensus ille pius; sed non videtur germanus hujus loci. Græci sic legunt: Et respice in faciem eorum qui tibi sanctificati sunt. Erat autem Deo sanctificatus totus populus Israeliticus, qui totus erat deputatus et consecratus ad veram religionem et cultum Dei, eumque cultum non animo solum servabant, sed etiam profitebantur per multas ceremonias externas. Sensus igitur est: Respice in populum tuum, quem de cæcis nationibus tibi segregasti et elegisti ad cultum tuum, ut in eo invocaretur nomen tuum. Et simile est quod in Completorio ex Jerem. 44 legitur: Tu in nobis es, Domine, et nomen sanctum tuum invocatum est super nos; ne derelinquas nos, Domine Deus noster. Nota præterea quod vox Collocare verè possit in neutro genere eorum que tibi sanctificati sunt, sed eodem rediret.

Syrus: Respice sanctorum tuum, quem sensum genuinum esse textûs arbitror. Græcus

sanctorum tuorum attende: et ostende quoniam non derelinquis præsumentes de te, et præsumentes de se (1), et de sua virtute gloriantes, humilias.

16. Finito itaque fletu, et per totam diem oratione populorum completâ, consolati sunt Achior (2).

17. Dicentes: Deus patrum nostrorum, cuius tu virtutem prædicasti, ipse tibi hæc dabit vicissitudinem, ut eorum magis tu interitum videas.

18. Cùm verò Dominus Deus noster dederit hæc libertatem servis suis, sit et tecum Deus in medio nostris: ut sicut placuerit tibi, ita cum tuis omnibus convenseris nobiscum.

19. Tunc Ozias, finito consilio, suscepit eum in domum suam (3), et fecit ei cœnam magnam.

20. Et vocatis omnibus presbyteris, simul expleto jejunio recesserunt (4).

et Syrus multò quàm Vulgata breviores sunt. Ita enim legunt reliquum hujus capituli à v. 15: Et consolati sunt Achior, et laudaverunt eum valde. Et assumpsit eum Ozias de ecclesiâ in domum suam. Et fecit convivium senioribus, vel senatoribus. Et advocaverunt Deum Israel in adjurationem totâ nocte illâ. Notat Vulgata, v. 20, cibum sibi non degustasse nisi expleto jejunio, id est, subsistente nocte. Escribalibus diebus Hebræi totâ die cibo abstinere; nullum tamen ciborum delectum adhibere; vescuntur enim omnibus ad arbitrium. (Calmet.)

(1) Hoc est, confidentes in te, hi enim præ omnibus et ante omnia sumunt quasi Deum operum suorum ducem et belli ductorem, hoc per eum certant sperant victoriam. Sic S. Germanus ut grassas incendium æger evaderet, ab aliis se moveri flet præsumptione non est passus, ait Beda lib. 1 hist. Angl. c. 19.

PRÆSUMENTES DE SE, id est, sibi suisque virtutes præbidentes; unde explicans subdit: Er de sua virtute gloriantes humilias. Audi S. Bernard. lib. de Grad. humil. grad. 7: « Qui de se, quàm de aliis præsumat? Primus in conventibus residet, in conciliis primus respondet, non vocatus accedit, non iussus se intronitum, reordinat ordinata, reficit facta, quidquid ipse non fecerit aut ordinaverit, non rectè factum nec pulchrè existimat ordinatum. Judicat judicantes, præjudicat judicantis. » (Corn. à L'ap.)

Ille præsumere de Deo non in rito intelligit, sicut quando dicitur peccatum in Spiritu S., contra quod Ecclesiasticus cap. 5: Ne dicas: Miseratio Domini magna est, etc., sed significat confidere, fiduciam in Deo collocare. Estque sensus: Non derelinquis confidentes tuo auxilio, sed humilias fidentes virtutibus suis. (Estius.)

donnez point ceux qui présument de votre bonté, et que vous humiliez ceux qui présument d'eux-mêmes et se glorifient de leurs propres forces.

16. Après ces pleurs, le peuple étant demeuré en prières durant tout le jour, ils consolèrent Achior,

17. Disant: Le Dieu de nos pères, dont vous avez annoncé la puissance, vous en récompensera, et vous fera voir à vous-même leur perte.

18. Et lorsque le Seigneur notre Dieu aura mis ainsi ses serviteurs en liberté, qu'il soit aussi votre Dieu au milieu de nous, afin que, selon qu'il vous plaira, vous viviez avec nous, vous et tous ceux qui vous appartiennent.

19. L'assemblée étant finie, Ozias le reçut en sa maison, et lui donna un grand souper.

20. Et y ayant invité tous les anciens, le jeûne étant fini, ils prirent ensemble leur nourriture.

(3) Non tamen eum consiliis suis adhiberunt, vel bello præfixerunt, quia transfiguratum suspecta est fides; sic enim Judith fletu transfigurata ad Assyrios, Chusai ad Abshalonem, 2 Reg. 17, Simon ad Trojanos, Zopyrus Darii Hystaspis dux ad Babylonios, eos hostibus suis tradiderunt. (Corn. à L'ap.)

(5) Non quidem vinetum, aut custodiam septem, sed tamen aliquantulum observatum, et semper in plurimum acens detentum. Unde et postea victorie Judith Bellulium reversa, et Holofernis caput inferente, cum ad spectaculum omnes concurrerent, Achior tamen non nisi vocatus accessit, c. 15. (Tirinus.)

(4) In Græco, *ἐπέσθησαν ἅπαντες τῷ περὶ τὸν πότον*; fecit potum senioribus, ex Hebræo, *הוֹרַתוּם*, quod convivium significat, sed à potu deductum, ut Græcum *συνεσθῆναι*. (Grotius.)

Comment des personnes atlaquées par une puissance si formidable, et que cette insulte de leur ennemi, qui leur avait envoyé Achior pour être témoin et compagnon de leur perte, semblerait devoir ébranler plus que jamais, se résolvent-elles, au contraire, à se réjoindre avec leur nouvel hôte, et à faire pour cela préparer un grand festin, sinon parce que Dieu même aggrèssement sur leur cœur? Il est été en effet honteux au peuple de Dieu, de témoigner de la crainte en présence de cet étranger, qui n'avait pas craint lui-même de relever si hautement devant Holoferne la puissance du Dieu d'Israël. Mais s'ils se rejoignent avec lui en lui donnant un grand souper, ce n'est qu'après avoir continué leur jeûne jusqu'au soir. Et ils font voir à Achior, que leur joie n'était fondée que sur l'espérance qu'ils avaient au secours de Dieu, et qu'ainsi lui-même avait tout sujet de s'assurer, puisque, selon la déclaration si généreuse qu'il en avait faite à Holoferne, le Dieu d'Israël n'abandon-

21. Postea verò (1) convocatus est omnis populus, et per totam noctem in ecclesiam oraverunt (2), petentes auxilium a Deo Israel.

naît point son peuple, lorsqu'il s'adressait à lui avec foi et avec humilité.

On peut remarquer ici la manière dont les Juifs jeûnaient, lorsqu'ils s'efforçaient de lécher la miséricorde de Dieu en leur faveur. Car il est dit qu'Ozias prépara un grand souper pour Achior, et qu'il ayant invité tous les anciens, lorsqu'ils eurent accompli leur jeûne, c'est-à-dire, après qu'ils eurent jeûné tout le jour, ils soupèrent tous ensemble. Mais ce qui fait voir encore mieux la manière toute sainte dont ils jeûnaient, est que ce repas même qu'ils prenent, ayant jeûné tout le jour, n'empêche point qu'ils ne passent avec le peuple toute la nuit suivante en prières. Ainsi si l'on considère qu'ils avaient jeûné jusqu'au souper, et qu'ils assistèrent avec Achior à un grand festin, et que néanmoins après ce repas ils se trouvèrent en état de prier toute la nuit, et d'implorer le secours du Dieu d'Israël; l'on sera sans doute très-convaincu, et que leurs jeûnes étaient sans comparaison plus exacts que ne sont les nôtres, et que leurs repas étaient plus sobres, et qu'ils sentaient plus vivement le besoin où ils étaient de l'assistance de Dieu. L'armée redoutable d'Holoferne frappait leurs sens et leurs yeux. Ils se voyaient dans un péril évident. Et la défaite de tous les peuples voisins leur était comme un préjugé certain de leur propre perte, si Dieu même ne se déclarait leur protecteur. C'est pourquoi ils s'humiliaient profondément, ils jeûnaient, ils priaient, et ils passaient les nuits entières à implorer le secours de celui qu'ils regardaient comme pouvant seul les délivrer d'un ennemi si puissant. Si donc nous sommes plus lâches et dans les jeûnes, et dans les prières, et dans les veilles, c'est que nous sentons beaucoup moins notre misère et nos besoins, et que notre foi étant languissante et comme aveugle, nous ne voyons point cette autre armée invisible d'ennemis tout spirituels, que saint Paul appelle les principautés et les puissances, les princes du monde et des ténèbres du siècle, et les esprits de malice répandus dans l'air, auxquels il témoigne qu'on ne saurait résister qu'avec les armes de Dieu.

Les fidèles des premiers siècles étant pénétrés plus vivement que nous ne le sommes par la crainte de ces ennemis de notre salut, priaient et jeûnaient d'une manière beaucoup plus parfaite. Aussi un ancien témoin que ce que nous venons d'observer de la tempérance que gardaient les Juifs dans le repas même qu'ils prenaient après leurs jeûnes, se pratiquait avec une grande exactitude dans les premiers siècles de l'Eglise. « On nourrit l'âme, disait-il, par la prière, avant qu'on eût donné de la nourriture au corps, et on mange ensuite pour satisfaire au besoin de la nature. On prend garde de ne boire qu'autant qu'il convient à des personnes chastes et réglées, qui se souviennent qu'elles sont obligées de se relever la nuit pour adorer Dieu. Le souper étant encore terminé par la prière,

21. On fit ensuite assembler tout le peuple, qui passa la nuit en prière dans le lieu où il s'était assemblé, demandant au Dieu d'Israël qu'il lui plût de venir à leur secours.

« chacun se retire avec toute sorte de modes-
« tie, comme ayant eu soin de nourrir autant
« son âme que son corps par la discipline toute
« sainte qu'il a observée dans son repas. » Et
« saint Jérôme donnait autrefois ce conseil à
« quelques dames de piété, d'avoir toujours soin
« de manger de telle sorte que le repas pût être
« suivi de la prière et de la lecture. Ita tibi semper
« comelandum est, ut cibum et oratio sequatur, et
« lectio. » (Sacr.)

(1) Id est, post refectionem et convivium frugale, CONVOCATUS EST OMNIS POPULUS, ET PER TOTAM NOCTEM INTRA ECCLESIAM ORAVERUNT PETENTES AUXILIUM A DEO ISRAEL. Nam, ut ait S. Hier. Epist. ad Eustochium, « ita tibi semper per comedendum est, ut cibum et oratio sequatur, et lectio. » Et ad Lactam, de Institutione filiae: « Sic comedas ut semper esurias, et ut statim post cibum possis legere et psallere. » Tertull., Apol. 39, refutans gentium de crapula Christianorum calumniam, quâ in eos iactabant illud Diogenis: « Megarensis obsonant quasi crastino die morituri, edificat quasi nunquam morituri, » appen. Id est, convivium omnibus Christianis post Eucharistiam commune charitatis, ita describit: « Non prius discumbitur, quam oratio ad Deum prægustetur, editur quantum esurientes cupiunt, bibitur quantum pudicis est utile; ita et saturantur, ut qui meminert etiam per noctem adorandum Deum sibi esse; ita fabulantur, ut qui sciant Dominum audire. » Post aquam manuales et lumina, ut quisque de Scripturis sanctis, vel de proprio ingenio potest, provocatur in medium Deo canere; hinc probatur, quomodo biberit. Atque oratio convivium dimittit; inde discuntur non in cæteris casionum, neque in classes discursationum, nec in eruptiones læciviarum, sed ad eandem curam modestæ, et qui non tam cenam convenerunt, quam disciplinam. » Legat hæc fideles, et primorum Christianorum in convivii frugalitate et pietate imitentur. Nota: « intra ecclesiam, » id est, intra synagogam, hoc est, concionis et orationis locum, qui exinde Græcè πρὸς τὸν ναὸν dicitur: nam Judæi templum non habebant in Betholâ, sed tantum in Jerusalem, Synagogam verò loco templi habebant in singulis urbibus majoribus. Vide hic pariter antiquitatem nocturnarum vigiliarum, quâ magnis festis, vel ob urgentes calamitates totus populus pervigilabat in templo Jerusalemis, et extra Jerusalem in proseuchâ (ut habet Græcus hic) sive synagogâ, vacans orationi. Unde Josephus in Vita sua: « Sequenti, inquit, die, populus convenit in proseuchâ, quam vocant precationis domum amplam. » Idem Philo de Vita Mosis lib. 5: « Apud Judæos, inquit, destinata est oppidatum sacris precationibus loca, quæ proseuchas vulgus nominat. »

De sacris hisce vigiliis vide S. Basil. in Psalm. 114, Euseb. lib. 6 Hist. c. 7, Tertull. l. 2, ad uxorem, c. 4. (Corn. à Lap.)

(2) Non est in Græco, intra ecclesiam. Sen-

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et ut cessavit tumultus virorum qui in circuitu concessus; et dixit Olophernes princeps virtutis Assur ad Achior coram omni populo alienigenarum, et ante omnes filios Mosh: — 2. Et quis es tu, Achior, et mercenarii Ephraim, — quia prophetasti in nobis, sicut hodie, et dixisti genus Israel non oppugnare, quoniam Deus eorum protegit eos? Et quis est Deus, nisi Nabuchodonosor? — 3. Hic mittet potentiam suam, et exterminabit eos a facie terræ, et non liberabit eos Deus eorum; — sed nos servi ejus percutevimus eos, tanquam virum unum: et non sustinebunt potentiam eorum nostrorum. — 4. Comburemus eos in ipsis. Et montes eorum inclinabuntur in sanguine ipsorum; et campi eorum implebuntur mortuis ipsorum; et non resistet vestigium pedum eorum ad faciem nostram, sed perditione perdentur. — dixit rex Nabuchodonosor dominus universæ terræ. Dixit enim: Non evanescent verba sermonum ejus. — 5. Tu autem, Achior, mercenarie Ammon, qui locutus es verba in hac die injustitiæ tuæ; non videbis amplius faciem meam à die hac, quoadnusque ultus fuero genus eorum, qui ex Ægypto. — 6. Et tunc pertransibit ferrum exercitus mei, et populus ministrorum meorum costas tuas; et cades in casis eorum quando revertere: — 7. Et reducent te servi mei in montanum, et ponent te in unâ civitatum ascensionum: — 8. Et non peribis, donec exterminatus fueris cum illis. — 9. Et, siquidem speras corde tuo, quia non capientur, nec occidat tuus vultus. Locutus sum, et nihil decideret de verbis meis. — 10. Et jussit Olophernes servos suos, qui erant assistentes in tabernaculo ejus, comprehendere Achior, et reducere eum in Betyla, et tradere in manus filiorum Israel. — 11. Et comprehenderunt eum servi ejus, et duxerunt eum extra castram, qui erant in medio campestris in montanum, et advenerunt super fontes, qui erant sub Betylâ. — 12. Et ut viderunt eos viri civitatis super cacumen montis; supserunt arma sua, et abierunt extra civitatem ad cacumen montis; et omnis vir fundibularius tenuit ascensum ipsorum, et jaculati sunt in lapidibus super eos. — 13. Et subeuntes subter montem, ligaverunt Achior, et reliquerunt projectum subter radicem montis, et abierunt ad domum suam. — 14. Descendentes autem filii Israel de civitate sua, steterunt super eum, et solventes eum abduxerunt in Betyla, et constituerunt eum super principes civitatis sue. — 15. Qui erant in temporibus illis Ozias filius Micha de tribu Simeon, et Abris filius Gethoniel, et Charmis filius Melchiel. — 16. Et convocaverunt omnes seniores civitatis: et concurrerunt omnis juvenis eorum, et mulieres in ecclesiam: et stauerunt Achior in medio populi sui. Et interrogavit eum Ozias, quod acciderat. — 17. Et respondens annuntiavit eis verba concessus Olophernes, et omnia verba quæcumque locutus erat in medio principum filiorum Assur, et quæcumque magniloquè locutus erat Olophernes in domum Israel. — 18. Et procidentes populus adoraverunt Deum, et clamaverunt — dicentes: — 19. Domine Deus coeli, respice super superbas eorum, et miserere humiliationis generis nostri, et respice in faciem sanctificatorum tibi in die hac. — 20. Et consolati sunt Achior, et laudaverunt eum valde. — 21. Et assumpsit eum Ozias de ecclesia in domum suam: — Et fecit convivium senioribus. — Et advocaverunt Deum Israel in adiutorium totâ nocte illâ.

COMMENTARIUM.

Quid Achiori fecerit Holofernes, et quid Judæi, monstrat caput hoc. Ardet igitur irâ ille, ob hanc potissimum causam, quòd si religionem rectè suam Judæi colerent, eos à Deo protegendos et adjuvandos dixisset. Hæc enim verba Deum Nabuchodonosore pollicentem majoremque significabant, quòd blasphemiam, et stolidâ Nabuchodonosorianam: superbiæ, as est, in pleissimo conventu. (Grotius.)

Discere hinc videmus, Judæos in urbis Hierosolymâ remotis jam tum habuisse loca orationi cœlebusque destinata, cujusmodi alia esse afferunt pariter Susis, ætate Estheris et Mardochæi. Horum usus post captivitatem familiarissimè obtinuit et undique spectatur Jesu Christi ætate. (Galmet.)

de quâ capite primo et secundo, mancipia ferre non poterant. Ideo jam toties, Nabuchodonosor Deus terræ est, et præter ipsum alius non est, cap. 5, versu 29; non est Deus nisi Nabuchodonosor, cap. 6, vers. 12; probabis, quoniam Nabuchodonosor Dominus sit universæ terræ, vers. 10. Tantò abest, ait cap. 34 Apologeticè Tertullianus, ut imperator Deus et debeat dici, quòd non potest credi, nisi turpissimâ et perniciosissimâ adulatione. Tantum si habens imperatorem alterum appellat, non maximam et inexorabilem offensam contrahe ejus quem habuisti, etiam ipsi timendam, quem appellasti? Esto religiosus in Deum, qui vis illum propitium imperatori.

« Desine alium Deum colere vel credere, atque ita et hunc Deum dicere, cui Deo opus est. » Hoc igitur bello agitur non de focus tantum, sed planè de aris, de Deo, inquam, ejusque majestate, ne in eam temerè aut factis aut verbis invadere illis audeat. Tunc; v. 7; *Holofernis præcepit scribis suis, ut comprehenderent Achior, hostibusque darent, ut paulò post, ceterò, cum iis omnino jam subactis, acerbissimas teterrimasque pœnas daret. Mentis timor, Dei, sulque ipsius ignorantio quid non facit? Sic et apud Herodotum lib. 7, cùm immensas terrestres navalesque suas copias, ipsa tot nationum nomina (tanta scilicet multitudo, totaque ignota ipsi gentes erant) exquirèdo lustrasset Xerxes, sapientem, humanitatemque non ignarum sortis Damaratum interrogasset, eequid videretur, audente Græci vel manus contra tantas copias tollere, et ille, quod res erat, dixisset, posse verò et vincere, profusissime cachinnatus est. Fieri scilicet non posse putabat, ut vinci, victusque ac fugiens mergi posset. Multò tamen Holofernis fuit in moderator. Risu illum excepit, non contumelias, amicum eum postea semper adhuc habuit, non mortem interminatus est. Sed nobis de Dario contra Alexandrum pugnaturo, suis verbis narret Curtius: « Nihil, ait, è illi minus quam multitudo militum defuit, et ejus universæ aspectu admodum letus, et purpuratis solâ vanitate spem ejus inflantibus; conversus ad Charidemum Athenientem, bellî peritum, et; ob exilium, infestum Alexandrò, percunctari cœpit, satsine ei videretur instructus ad obtinendum hostem. » Ille autem veriora quam gratiora respondit. « Erat Dario mihi ac tractabile ingenium, et nisi sum naturam plerumque fortuna corrumperet. Itaque veritatis impatiens, hospitium ac supplicem, tunc maximè utilia suadentem, abstrahi jussit ad capitale supplicium. Ille ne tum quidem libertatis oblitus; *« Habeo, inquit, paratum mortis meæ ultorem, expectet pœnas mei consilii sprete ipse, et contra quem tibi suasi. Tu quidem licentiæ regni subitò mutatus documentum eris posteris, homines, cum se permiserit fortunæ, etiam et naturam dehiscente. Illic vociferantem, quibus erat imperatum, jugulant. Sena dehinc revertenti subit regem; ac vera dixisse confessus, eum sepe citè jussit. »* Accessit ad Holofernem savitiam proximè Darius, eum tamen vel serâ saltem penitentia superavit, ipsaque in mortuum humanitate. Quemadmodum verò Achio-*

ris quam Charidemus fuit oratio sapientior, verior, divinoque honori congruentior, ita et ei divinum auxilium præsentius, exitusque multò jucundior et felicior extitit prout infra fiet perspicuum. Filios Israel propter eorum ex Ægypto exitum, quem, cap. 15, vers. 10 et sequentibus commemorarât Achior, vocat Holofernes; vers. 5, *genus eorum qui ex Ægypto sunt*. Sicque de suo Nabuchodonosore, de quo se ipso clatissime loquitur: *Quis est Deus præter Nabuchodonosorem? Ille missâ potentia suâ, illos à facie terræ ipsorum exterminabit, nec eos liberabit Deus ipsorum, sed nos Nabuchodonosoris servi, eos quasi virum unum percipientes, neque illi equorum nostrorum vim sustinere poterunt. Ipsos enim in seipsis comburemus, eorumque montes sanguine proprio inebriabuntur; et campi eorum cadaveribus implebuntur, neque vestigia pedum suorum conspectum nostrum sustinebunt, sed perendo peribunt, dicit rex Nabuchodonosor dominus universæ terræ. Dixit enim, neque ullum verborum ejus vanum erit. Exitus probabit. Ille, ipsos in seipsis comburemus, Romanus Græcus, ait, καταβουραίνω αὐτοὺς ἐν αὐτοῖς. Sed Complutensis, κατακαύσω αὐτοὺς ἐν αὐτοῖς ἑαυτοῖς, videlicet, quorum facta erat mentio. Ipsos equis nostris conculcabimus. Alii quidam libri habent καταβουραίνω, ipsos equorum nostrorum multitudine inundabimus, quodam veluti aquarum cataclysmò, seu eluvione obruemus. Prophetam per contemptum vocat vers. 2 et 3, Achiorèm; et verò propheta fuit non paulò quam ipse verior, aliquo sanè modo cum Michæâ, 3 Reg. ultimo, conferendus, nisi quòd ibi sanctus divinoque Spiritu afflatus profabatur Michæas; hic verò noster adhuc gentilis, et humana tantum, ut videtur, prudentiâ vaticinabatur. Potest quidem Deus etiam gentilibus præsentionem indere divinum, uti et Sybillis indidisse docent non pauci, neque sanè ignobiles theologi, Clemens Alexandrinus Stromate 1, D. Thomas 2-2, quest. 2, art. 7, ad 3, Suarez de Incarn. disp. 5, sect. 2; nullum mihi tamen celestis prophetiæ in Achio-re argumentum est: humana, ut dixi, sapientiâ dicere omnia hæc potuit, licet ad dicendum motio Dei quædam et adjumentum singulare admitti posset. Quid Achioris verò huic Judæi fecerint, exponitur vers. 10: vincitum solverunt, Bethuliam adduxerunt, de omnibus interrogarunt, spè bonâ esse jusserunt, laudarunt, uti solus Græcus monet, pullo acceperunt, cæteraque amicè et honorificè habuerunt.*

QUESTIUNCULA PRIMA.

Quæ et ubi Bethulia?

Fuit Bethulia Galilæa urbs, in tribu Zabulon, in monte sita, non procul ab urbibus, de quibus supra, cap. 5, Dothaim scilicet, versus austrum: Scythopoli verò versus septentrionem, rursùmque à Tyberide versus occidentem, à Diocæsareâ, quæ et Sepphoris, versus orientem. Qui ea orientis loca oculis peregrinationibusque diligenter lustravit, Brocardus: « A Nephthaim, ait, de quâ in Tobia, tres sunt leucæ ad Dothaim castrum, sub monte Bethulie, ubi Joseph erravit, cùm quæreret fratres suos. » Et postea: « De Abeliud est una leuca ad montem Bethulie, ubi Judith occidit Holofernem, qui mons per totam ferè cernitur Galilæam, habens adhuc pulchra quædam ædificia, sed plures ruinas. A Bethulia est una leuca ad civitatem Tyberiadis, eundo scilicet inter orientem et austrum (supra mare Galilææ, quod dictum est mare Tyberiadis,) Quin et illic adhuc hodiè Holofernis castrorum vestigia conspici, scribit Adrichomius. Quomodò ergo non falsum, quod in Germanicâ, hunc in librum præfatione scribit Lutherus, urbem esse quæ nusquam nota sit? Et jam supra proleg. 4, cum Judæo cuidam Rabbino similem dixi, quia sacra idèd Evangelia falsa videri vult, quòd nota in veteri Testamento Nazareth nulla sit, quasi quemadmodum quæ aliquando fuerunt urbes et vici nonnulli cadunt; ita novi nulli surgere nascique possint. Quàm post Josuanam geographiam, mœnia deinceps multa in terris illis excitata! Quot apud Josephum locorum nomina, quæ in veteri Testamento nusquam Bethuliam tamen eodem loco interpretatur Lutherus virginem. At dicere debuit non præcisè virginem, sed virginem Dei, ut ait libro de Interpretatione nominum Hebraicorum Beda, et ille ipse Robertus Stephanus, cujus apud Lutherum ipsum tanta erat auctoritas, ut libro, contra Schererum nostrum, dicant Tubingenses Lutherani, si anno uno adhuc vixisset Lutherus, ut Græcum Roberti ejusdem Testamentum novum videre potuisset, restitutum in sacras literas fuisse nobilissimum illud de sacrosanctâ Trinitate oraculum, quod audacissimo, planèque nefario sacrilegio, et primæ D. Joannis capite 5, versu 7, sustulit: *Tres sunt, qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum, et Spiritus sanctus, et hi tres unum sunt*. At dixerit fortè Lutheri assecta quispiam,

idem visum est Luthero nomen Bethul, et Bethulia. Malè id quidem, quemadmodum aliud Halela, aliud Halebah, ut in Tobia cap. 15, dictum est. Deinde si esse idem putavit, mendaci se ipsum vel inscitia arguit. Bethul enim, quæ et Bethuel, nota urbs in Simeonitâ tribu est Josue 19, et 1 Paralip. 4. Nostra porrò hæc in Romanis Græcis vocatur Βαυλουσα, in Complutensibus Βαυλουσα: in Suida, Βαυλουσα ἢ τὸν Ἰωδαίαν πύλιν; Βαυλουσα Judeorum urbs. In Zonorâ tom. 1, Βαυλουσα. Fortè verò melius exponeretur virginitas Dei, quàm virgo Dei; pluralis ille Bethulim sepe in Scripturis virginatum significat, Denter. 22, vers. 14 et 15; Judic. 11, vers. 56 et 57; Levit. 21, vers. 14; Ezech. 23, vers. 5.

QUESTIUNCULA II.

Quot et qui Bethulie principes?

Duos tantum hic vers. 12, textus noster enumerat, Oziam et Charmi, qui et Gothoniel. Hunc tamèn locum corrigere videtur esp. 8, vers. 9, ubi tres nominantur, Ozias, Chabris et Charmi deinde et hoc ipse etiam cap. 6, eodem versu 12, textus Græcus totidem recensens. Dices: Ab posteriore Latini textu loco, simulque Græco; urbem esse quæ nusquam nota sit? Et jam supra proleg. 4, cum Judæo cuidam Rabbino similem dixi, quia sacra idèd Evangelia falsa videri vult, quòd nota in veteri Testamento Nazareth nulla sit, quasi quemadmodum quæ aliquando fuerunt urbes et vici nonnulli cadunt; ita novi nulli surgere nascique possint. Quàm post Josuanam geographiam, mœnia deinceps multa in terris illis excitata! Quot apud Josephum locorum nomina, quæ in veteri Testamento nusquam Bethuliam tamen eodem loco interpretatur Lutherus virginem. At dicere debuit non præcisè virginem, sed virginem Dei, ut ait libro de Interpretatione nominum Hebraicorum Beda, et ille ipse Robertus Stephanus, cujus apud Lutherum ipsum tanta erat auctoritas, ut libro, contra Schererum nostrum, dicant Tubingenses Lutherani, si anno uno adhuc vixisset Lutherus, ut Græcum Roberti ejusdem Testamentum novum videre potuisset, restitutum in sacras literas fuisse nobilissimum illud de sacrosanctâ Trinitate oraculum, quod audacissimo, planèque nefario sacrilegio, et primæ D. Joannis capite 5, versu 7, sustulit: *Tres sunt, qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum, et Spiritus sanctus, et hi tres unum sunt*. At dixerit fortè Lutheri assecta quispiam,

in Græco ista inflexa non sunt, unde et textus etiam ait, Oziam filium Michæ non Michæ. Huicque loco assimillimè à S. Lucæ cap. 3, vers. 4, dicitur: *Qui fuit filius Heli, qui fuit Matthæ, qui fuit* (vers. 27) *Zorobabel, qui fuit Salathiel, pro Zorobabelis, Salathielis*. Duos tamen hic tantum legit etiam olim Rabanus, Oziam et Charmi.

QUESTIUNCULA III.

Quales hi Bethulæ principes?

Convenit inter omnes, Oziam sacerdotem non fuisse, quia significatissimè vers. 11, de tribu Simeon fuisse, memoratur, in quo tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est, uti et de tribu Juda inquit Apostolus Hebr. 7, vers. 14. Duos verò alios, quia presbyteri vocantur, sacerdotes fuisse, sentiunt Lyranus cap. 8, et ferè Carthusianus isto cap., citraque hesitationem nullam Historia Scholastica, quæ adjectit eosdem sacerdotes, ad belli hujus curam, urbisque totius administrationem Hierosolymis Bethuliam misso. Et possunt ei affirmationi argumenta suggeri, primùm, quòd in illà Israelitarum republica, solerent non rarò ardua magnaque id genus munia sacerdotibus imponi. Nam, ut cap. 4, quæst. 2, dictum est, maxima sacerdotum auctoritas tum erat. Deinde refert Josephus in Vita sua, et lib. 2 Captiv. cap. 42, quemadmodum ad bellum contra Romanos gerendum provincias urbesque et vicos armis consilioque tuendos, Hierosolymis amandati sacerdotes, in quibus et ipse ipsam, in quâ jam versamur, Galilæam tenuit, fuerint; rursumque quemadmodum cum ex eo dignitatis gradu eum æmuli deturbare vellent, conati sunt πῆσαι τὸ κτῆν τῶν ἱεροσολυμιτῶν τῶν ἀρχῶν ἀρχιεπισκόπου, persuadere Hierosolymitarum senatui, ut principatum auferret, missique tum è sacerdotali ordine quidam fuerint. Præterea ex cap. 55, lib. 2 Paralip., supra, cap. 4, notatum est, à Manasse rege constitutos in cunctis Judæ civitatibus principes exercitûs, idque si de hoc tempore intelligendum, videri factum mediât, ut scilicet constituti videri potestatem dederit Eliachim pontifici rex: ipse pontifex hos constituit, et è sacerdotum numero miserit. Ad hæc, idè in Græco et Latino vers. 11, tam studiosè videtur dici, eos fuisse Bethulæ principes, non simpliciter, sed in illis diebus, quasi ob temporum istorum necessitatem tantum principes decreti fuissent. Postremò, cum litteras mitteret pontifex, cap. 4, vers. 5, verisimile simul etiam pios pru-

dentes, reique bellicæ gnaros aliquos homines misisse; vel certè, cum Israelis fines, ibidem vers. 11, hortabundus et consolabundus obiret, aliquos hujuscemodi præstantes viros, iis in locis, ubi maxime necessarium videbatur, reliquisse. Altriussectis tamen occurrit, primò quòd isti semper in civitatibus hujus seniores et presbyteros numerentur, vers. 12 et 20, cap. 9, vers. 9, 21, et 28, cap. 10, vers. 6: *Cumque venissent ad portam civitatis, invenerunt expectantem Oziam et presbyteros civitatis*. Constat verò, præter Hierosolymitanum senatum, fuisse in urbe quilibet suos etiam seniores, sive senatum et principes vel optimates. Tradit enim lib. 4 Antiq. cap. ultimo, Josephus, præscripsisse Moysen, ut in urbe quilibet septem essent, qui principatum tenerent, eorumque singulis duo adjuncti essent, è Levitarum ordine, ministri. Et lib. 2 Capt. cap. 42, se in quilibet Galilææ urbe septem similiter δοξαστάς, Judices insituisse refert. Sed et in libro Ruth cap. 4, vers. 2, sunt seniores civitatis Bethleem, 1 Reg. 50, vers. 26 et sequentibus, seniores Juda, qui in Bethel, Ramoth, Gether, Aroer, Sephamoth, Esthamo, Rachal, in urbibus Jerameel, et alibi. Jam Israelis regno 3 Reg. 21, vers. 8, sunt in Jezrael majores natu et optimates, 4 Reg. 10, vers. 1, in Samariâ similiter. Quid ergo Hierosolymis seniores istos accersere opus, cum hujus ipsius civitatis esse potuerint, et verò esse à textu significentur? Cur deinde propriorum civitatis hujus principum mentio nulla ferret, sed advenarum et legatorum illorum tantummodò? Quæ verò contra dicebam, ea veterem quidem sacerdotum hûc illuc legandorum, maximeque negotiis præponendorum consuetudinem ostendunt, sed non ut ita semper factum sit, vel ut alii nisi è sacerdotibus nulli ad munera hujuscemodi adhiberentur, vel ut etiam jam ab Eliachim vel missi vel relicti Bethulæ quidam fuerint, hos idcirco statim esse presbyteros istos concedendum sit. Mihi ergo videtur hi presbyteri, fuisse civitatis illius civis primarii; sed Ozias advena fuisse, qui jamjam à pontifice, ob incumbentem belli necessitatem, collocatus hæc in urbe fuerit. Advenam fuisse, prodit eadem, de qua initio, Simeonia ipsa tribus, cum Zabuloniam superiore questione Bethuliam esse doctum sit. Quia tamen et à Simeonia tribu, paulò ante hæc tempora, plures plura in loca migrasse, novæque sedes quæsisse indicat prior Paralipomenon cap. 4, vers. 39, 40, 41 et sequentibus, rursumque

constat, hoc ipso Manassæ regis tempore post decem tribuum captivitatem, ex iis residuos habitasse ubicumque voluerint aut potuerint, fieri potuissent, ut advena quidem esset Ozias, quia in aliâ tribu domicilium habebat, verum advena, qui civitate jam pridem donatus esset, cujusque jam haberetur et quidem è primariis unus. Sic enim et Judith virum, ipsamque Simeoniam fuisse infra patebit, cap. 8, quæst. 1. Et videtur hoc inde stabiliri, quòd hic vers. 19, Achioem suscepit idem Ozias in domum suam. Qui enim suam istâ in civitate domum habebat, meritò ejus etiam civis videbatur. Nihilominus à pontifice, ut difficillimo isto instantis belli tempore, Bethuliensium rerum summæ unâ cum civitatis ejus senioribus, præset, jamjam hæc missum, mihi est probabile, quia non Bethulæ tantum princeps, sed cap. 8, vers. 34, princeps Judæ vocatur, et cap. 15, vers. 25, princeps populi Israel. Dicitur verò Achioem suscepisse in domum suam, id est, in eam, in quâ tum diversabatur, quæ ipsi tanquam Israelitico principi à Bethuliensibus assignata erat. Verumtamen, absenti quid esset, si propriam hic etiam domum Israelis principem habuisse dicamus? Imò si principem quidem Israelis fuisse, sed è Simeonis in Bethuliensium jam urbe habitantibus, prognatum, ideoque et tantò nunc libentius ad patriæ defensionem accurrisse? Vocatur porrò à Zonara, ὁ τῶν τῆς πόλεως ἀρχιερεὺς, princeps eorum, qui in civitate; presbyterorum verò nomen pro iis qui natu et auctoritate majores forent, non autem semper pro sacerdotibus, vix cuiquam ignotum.

QUESTIUNCULA IV.

An Achioe audiendo tractandoque parum cauti Bethulienses?

Fronti nulla fides, sed omnium minimè hostium transfugis citò credendum. Nam, ut dici solet, ἐχθρῶν ἀδοξα δόξα, hostium munera non munera; et, ἐχθρῶν ἀμαρῶν μίμνασ' ἂν πῶτας βιάσθω, hosti non credens nil ferens unquam mali. Quàm valrè Gabinus, apud Livium lib. 4, superbi Tarquinii filius decept! Quàm versutè Trojanos apud Virg. Æneid. 2, Sinon! Quàm dolosè Babylonios apud Herodotum lib. 3, Zopyrus! Confer, si lubet, cum hisce posterioribus, historiam hanc. Sinon se dixisse aiebat, Palamedis, si patrios nequam remeasset victor ad Argos, mortem ulturum; se ad supplicium destinatum jam fuisse, vincula rupisse et transfugisse. Achioer verò se dixisse ait, Deum

Israelitarum, contra tantas Assyriorum vires defensorem futurum; extrema etiam sibi militatum Holofernem. Trojani verò ignari scelerum tantorum artisque Pelasgæ, His, aiunt, lacrymis vitam danus et miserecimus ultro.

Talibus insidiis, perjurique arte Sionis

Credita res, captique dolis lacrymisque coacti, Quos neque Tyrides, nec Larissæus Achilles Non animi domière decem, non mille carinæ.

Jam Zopyrus seipsam verberibus plagisque affecit, deformiter truncavit, naribus auribusque spoliavit, ad Babylonios sese contulit, omniaque se hæc à Dario, quòd, ut Babylonios obsidionem solveret, suasisset, perpersum, in Babyloniorum magistratum concessu narrabat. Quomodo isti, quia summæ apud Persas dignitatis virum esse sciebant, eumque naribus et auribus mutilum, verberibus et sanguine totum conspersum et deformatum videbant, vera loqui putarunt. Quomodò nostri ergo Bethulienses cauti satis, naribus auribusque aures dant, fidem adhibent, eum alloquuntur amississimè, honorificentissimè accipiunt? Nonne et in Chusi audiendo, suâ magnâ cum pernicie, nimium facilis Absalom, 2 Reg. 17, vers. 7? Nonne et in hac ipsa nostrâ Judith admittendâ Holofernem? Verumtamen, sicuti desertoribus et transfugis non temerè credendum, ita suspectos eos nimium habendo, eorum verbis consilisque nihil tribuendo, in contrarium itur vitium, maximeque detrimenta suscipiuntur. In Bethuliensibus nulla mihi temeritas, nulla incogitantia et levitas apparet. Nam et Achioer ita sapienter aptèque omnia et dicebat et agebat, ut ei meritò adjungenda fides esset, præsertim cum, ob Assionitarum viciniam, jam fortè antea gravitatis virtutisque famâ, Israelitis minimè ignotus esset. Deinde, ipsum idem Israelite non ad republicam statim et principatum adhiberunt, uti Sextum Tarquinium Gabini, Zopyrum Babylonii; nulli ejus, in aliquâ vel excursionem vel machinâ molliendâ, consilio paruerunt, uti Sionis equum urbe suâ egressi acceperunt Troes; sed post ejus orationem, omnes in Dei misericordiâ et ope sibi spes fixas professi sunt; ipsius nomen coram eo, clamoribus, lacrymisque plurimis comprecitati sunt: ab hoc et illum optima quæque secum expectare jusserunt: benevolentiam interim et charitatem omni, quemadmodum humanitas et ratio postulat, prosecuti sunt. Neque tamen ei adhuc arbitrio suo, quocumque vellet eundi et

quidlibet speculandi facti videtur potestas. Iulid enim vers. 18, *Ozias, finito consilio suscepit eum in domum suam*, significare videtur, mansisse deinceps in principis hujus domo, non quidem victum et custoditum, sed tamen aliquantum observatum et in plurim semper oculis constitutum. Unde et postea, liberatrice Judith reversa, Holofernisque caput inferente, dum concurrerent omnes, exultarent, clamarent, ipse non nisi vocatus venit, cap. 15.

QUESTIUNCULA V.

Quæ Achioris auditio Bethulienisiam compræcatio ?

Describitur vers. 15, in quâ et res, quam præcatur Israelitæ, et modus quo præcatur animadvertendus. Res illa, verbis quatuor exponitur. Primum : *Intuere superbiam eorum*. Et satis hætenis nobis ante oculos versata est. Majore tamen vi et enèrgiâ sonat Græcum istud *καταδὲ τὰ τὰ ὑπερηφανίας αὐτῶν, respice in superbiam eorum*. Neque enim una, sed varia et multiparita eorum erat superbia in cogitationibus, verbis, actionibus. Alterum : *Respice ad nostram humilitatem*. Equum profectò, ut quæ detestatur in aliis, eorum nos contraria sectemur. Græcus ait, *ἰδεὼν τῶν ταπεινῶν τῶν ἡμεῶν ἡμῶν, miserere humilitatis generis nostri*. Potest tamen hæc humilitas pro ipsâ humilitatione, afflictione et calamitate accipi. Eisi enim *ταπεινὸς* interdum humilitate, quæ superbiæ opposita virtus est, prædium significat Matthæi undecimò, versu 29, 1 Petri 5, hæc ipsa tamen virtus *ταπεινοσύνη* potius vocatur Actorum 10, vers. 19, Ephes. 4, vers. 2, Philipp. 2, vers. 3, Coloss. 3, vers. 12, 1 Petri 5. Quid verò inter duo hæc intersit, verè scitæque D. Bernardus epistolâ 87 : « Humilitas, inquit, via est ad humilitatem, sicut patientia et ad pacem, sicut lectio ad scientiam. Si virtutem appetis humilitatis, viam non refugas et humilitationis. Nam si non poteris humiliari, non poteris ad humilitatem proveli. » Est autem et hinc notandum, duplicem esse Dei in homines respectum : unus ad penam est, ad misericordiam et beneficentiam aliter. Uterque, uti hoc loco, ita et Psalmo 24. Prior quidem vers. 19 : *Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, et odio iniquo derant me; posterior vers. 16 : Respice in me, et miserere mei, quia unicus et pauper sum ego*. Tertium : *Faciem sanctorum attende*. Sancti vocantur, qui divinæ sanctitatis quodammodo participes erant, eique consequenda et veneranda adiecti ac destinati erant. Tales Israelitæ omnes

primò quidem per circumcissionem, deinde per sacra et caeremonias alias. Tales maxime sacerdotes, Levitæ ac Nazaræi. Tales et ipsi jam, qui jejuniò vacabant, divinamque bonitatem implorabant. Nam Græcus habet : *Intuere in faciem eorum, qui tibi hoc ipso die sanctificati sunt, quasi jejuniò, precatu aliisque supra positus pietatis exercitationibus sanctificantur*. Quemadmodum enim Joëlis 1 et 2, aliquoties dicitur *sanctificari jejuniò*, ita et homines jejuniò sanctificantur. Possent tamen non sancti aut sanctificati, sed *sanctia* etiam et *sanctificata* intelligi, cujusmodi est templum, omniaque ipsius vasa et ornamenta, ipsa etiam sacrificia, primitiæ, decimæ, alia quæcumque Deo consecrata. Nam de his plus religiosusque Israelitarum animus erat maxime sollicitus; eaque, quia Deo chara et grata, idcirco ab eo respici et defendi rogabat. Quartum : *Ostende quoniam non derelinquis præsumentes de te*. Tota pulcherrima hæc particula è Græco peregrinatur. Verbi porro, *præsumere*, duplex hoc loco significantia observanda, cum in bonam malamque partem eodem isto versu accipiatur. Quemadmodum enim Græcis *πρόσμελλον πρόληψις*, præ vel antesumere, prioremque summptionem significat, ita et Latini *præsumere*, idque vel in summptione corporæ, ut cum toties dicit Plinius contra ebrietatem, *præsumere* circumam lib. 10, cap. 12, lib. 25, cap. 15, amygdalas amaras lib. 25, cap. 8, topi farinam lib. 14, cap. 22, lib. 56, cap. 21, et propriè admodum noster interpret 1 Corinth. 11, vers. 21 : *Unusquisque suam cenam præsumit ad manducandum; vel in spiritali summptione, mentis videlicet, voluntatis actione, idque dupliciter : nam si id quod oportet, ante alia omnia, cogitando et volendo sumimus, bona ea præsumptio est, sicutque Deum aut de Deo, insigni spe ac fiducia, nostri isti præsumunt, et infra, cap. 9, vers. 17, Judith, itemque apud Bedam lib. 1 Historia Anglorum cap. 19, S. Germanus, qui ut voraces grassantesque flammæ evaderet æger, ad alios *movi se, fidei præsumptione, non passus est*. Si verò quod non oportet, aut quomodo non oportet, ante alia omnia sumimus, vitiosa præsumptio est, sicutque Nabuchodonosor, Holofernes et superbi omnes hic dicuntur *præsumentes de se*. Varia verò præsumptionis hujus materia et causa est, ut hinc Assyriis potentia et opes; aliis ingenui dos quæpiam aut ficta virtutis opinio, ut ehm D. Hieronymus epist. 27, de se ait, non didicisse Scripturas *de se ipso, id est, præ-**

sumptione, præceptore pessimo. Ecclesiastici 18, vers. 40 : *Vidi præsumptionem cordis eorum, quoniam multa est, cap. 37, vers. 2 : O præsumptio nequissima ! ubi Græco ἡ ἀνομία ἐπιπέλας, ὁ πρᾶξις διόγιστο ? D. Gregor. libro 5 Moral. cap. 40 : Præsumptores quique ; nisi, audaci mente, robustos se in Domino crederent, nequaquam melliorum facta vel dicta, velat infirma indicarent. » D. Bernardus, lib. de Gradibus humilit. grad. 7 : « Qui alios se præcellere putat, quomodo non plures de se quam de aliis præsumat ? Primus in conventibus residet, in consiliis prius respondet, non vocatus accedit, non missus se intronitit, reordinat ordinata, reficit facta, Quidquid ipso non fecerit aut ordinaverit, nec recte factum, nec pulchre existimat ordinatum. » Judicæ judicantes, præjudicæ judicantur. » Sunt apud jureconsultos et theologos præsumptionum alia genera, quæ hic tamen jam assumere, non extra chorum : modum porro compræcationis hujus inôstrant hæc vers. 14 : *Omnes populus cecidit in faciem, adorantes Dominum, et communi lamentatione, et fletu, unanimis preces suas Domino effuderunt, idque per totam diem, vers. 16, et in jejuniò, vers. 20.**

QUESTIUNCULA VI.

Quid post orationem et jejuniò, secuti nocte, ab Israelitis factum ?

Respondet versu 21 : *Convocatus est omnis populus; et per totam noctem; intra ecclesiam, oraverunt petentes auxilium à Deo Israel*. E quibus verbis discendum nobis, primò quemadmodum magna illa, quæ ab Achioris adventum, facta erat, *cena*, versu 19, nihil impedierit orationis studium piæque pervigilationem. At hodiè vel è convivii ad lectum efferri, vel ad choreas saltem, comensationes et nugas, vigilare solent nonnulli. Magna fuit illa *cena*, sicuti et evangelicæ Luc. 14, versu 16, ciborum præstantiâ, ferculorum numero, conviviarum multitudine, convivoris egregiâ, quæ nihil cænarum semper caput videtur, benevolentia hilarique charitate, nulla tamen in ea profusio, temulentia, levitas. Dicebat in epistolâ, quæ de acceptis manusculis, ad Eustochium est, S. Hieronymus : « Ita tibi seniper comedendum est, ut cibum et oratio sequatur et lectio. » Et ad Latam de Institutione filii : « Se contédât, ut semper equariat; ut statim post cibum possit legere et psallere. » Deinde vigiliarum, quas majores nostri frequentius coluerunt, quarumque so-

lùm penè in festis, præterquam in Dominicæ nativitatè et resurrectionis nocte nobis réntentem noctem, inôstre hic exemplum est. *Per totam*, ait, *noctem orantur*. Apud Christianos Græcos vocantur *δρακοντιοί*; καὶ *πρωϊοί*, ut ostendit Eusebius lib. 6 Histor. cap. 25 et 54, apud Latinos, *sacra vigilia*, aut *pervigilia*, ut in Lactantio est lib. 7, cap. 19, *convocationes* etiam *nocturnæ*, in Tertulliano lib. 2 ad uxorem cap. 4, quòd videlicet non privatim in cujusque domo; sed quemadmodum hoc ipso loco, publicè in unam omnes Ecclesiam evocarentur. Delortans ille feminas christianas ne gentilibus nubant : « Quis, ait (genitilium virorum), nocturnis convocationibus, si ita oportuerit; à latere suo eximiliberet fere? » Quis solemnibus Paschæ abnoctantem securus sustinet? » Plura verò de hisdem vigiliis Bellarminus lib. 5 de Cultu Sanctorum, cap. ultimo, Baronius tomò 1 Annalium. Christiani tamen populi nomine, sunt in Ecclesiasticorum Brevariis nocturna officia, in canonicorum collegiis, in plurimorum religiosorum cœnobis nocturnæ matutinaque preces, ut vix noctis momentum sit, imò ne sit quidem, quo, in Ecclesiâ catholicâ divinæ majestatis precatio non adhibeatur. Et ubi paulò ardentior pietas, dum pericula quædam graviora ingruunt, assidue diu noctuque, vel quadraginta horarum, vel plurim etiam spatia, sunt orationes. Verum èt hoc forte iterum aliquo cap. 42, vers. 3. Tertio ipse præcationis pervigilationisque hujus locus non prætereundus. Quid enim est *intra ecclesiam*? Græcis *ἐκκλησίᾳ*, evocare est, et idcirco significat *ecclesia*, vel populum qui evocatur, vel ipsum in quem is evocatur locum. Et priore modo dicitur concio aut cœtüs, eisque vel sacer vel profanus. Sacer, ut Numer. 20, Deuter. 25, Judic. 10, 1 Reg. 17, 5 Reg. 8, 1 Paralip. 29, et 2, cap. 7, Psal. 21, 51, 67, 88, 1 Machab. 5 et 5. In novo item Testamento sepius, ut Matthæi 16, 18; 1 Corinth. 1, 14, 15, alibi. Profanus, ut Psal. 25, Actor. 19, vers. 39 et 40. Est verò uterque iterum duplex. Unus status, atque ordinarius, quando, secundum præscriptum ordinem, certis statistic temporibus fit, vocaturque Actor. 19, versu 36, *oratio*; vel *κατακλιση βραδία, legitima cœtio*, non quòd *κατακλιση* in huncmodò seu turbulente seditioneque conditioni opponatur. Alter extra ordinem, et dicitur *ἐκτακτος ἐκκλησία, advocata et extraordinaria concio*, quando, vel præsentem aliquam necessitatem, ma-

gnique momenti negotium, advocabant extra consulens temporis rationem. Hic ecclesia pro loco sumitur, uti declarat particula, intra, et quidem ita ut eum in locum, extra ordinem, convocatio fieret. Idem enim additur, convocatus est omnis populus συναχθέντες πᾶς ὁ λαός, vel πᾶς ἡ ἐκκλησία, licet in Græco non sit tota hæc particula, et infra, cap. 7, vers. 48, locum itidem denotat ecclesia. Hujusmodi porro Judæorum diversis in locis ecclesiæ, vocabantur *synagogæ*, Matthæi 13, Marc. 13, Luc. 4, et 7, vers. 5: *Synagogam ædificavit nobis*; item προσευχῆς, ut ex Philone lib. de Legat. et in Flaccum apparet, et Josepho loco ante citato in Vita sua, ubi etiam ait: *Congregantur omnes in proieccham*. Sed quid proieccham? subdit ipse: *Ædificium, quod magnam hominum multitudinem capere poterat, et à precibus ac votis, quæ vixi sunt, ibique fiebant, ductum nomen*. Unde et colligimus non solum contra veteres ecclesiarum eversores, sed et novos,

CAPUT VII.

1. Holofernes autem alterâ die præcepit exercitibus suis, ut ascenderent contra Bethuliam.

2. Erant autem pedites bellatorum centum viginti millia, et equites viginti duo millia (1), præter preparationes virorum illorum, quos occupaverat captivitas, et abducti fuerant de provinciis et urbibus universæ juventutis.

3. Omnes paraverunt se pariter ad pugnam contra filios Israel, et venerunt per crepidinem (2) montis usque ad apicem

(1) Præter copias auxiliares, quæ profectiscenti exercitui sese conjunxerant. Græcus Romanæ editionis: *Peditum centum septuaginta millia, et equitum viginti duo millia*. Syrus: *Centum septuaginta duo millia peditum, equitum viginti duo millia*. Fieri utique potest, ut in variis hosce textus numerorum mendam irrepserit. Exercitus Holofernis, Nive moventis, tum duodecim millia numerabat: sed augeri potuit variis copiis à provinciis regi Assirie missis, præter auxiliares, quæ sufficiebant regiones recentibus victoriis superatæ. De hujusmodi copiis exercitui additis nihil in Græco; quorum loco fert: *Præter apparatus et viros, qui erant pedites in eis, multitudo plurima validè*. Syrus: *Præter servos ipsorum, et qui eis se adjunxerant, multi admodum*. (Calmet.)

In Græco, τριακὸν Χιλιάδες πεζοῦ, equitum duodecim millia, ut supra, 2, 7.

PRÆTER PRÆPARATIONES VIRORUM ILLORUM QUOS OCCUPAVERAT CAPTIVITAS. In Græco distinctè: *Χαίρις τῆς ἀποκατῆς καὶ τῶν ἀνδρῶν ἐκ τῶν πόλεων ἐν ἀβύσσοις, præter impedimenta et pedites eis appositos, construzione πρὸς τὸ στρατεύσασθαι οὐκ ἔστιν*

templa rectè constru, et cui rei? ut preces ibidem scilicet fundantur, diurna nocturnaque, cum ita expedit, Ecclesiæque pastores aut jubent, aut movent, in observationibus et lacrymis conventus habeantur. *Quasi factâ manu oramus*, inquit in Apol. Tertullianus; hæc vis Deo grata est. Sed in Bellarminum lib. 3 de Cultu Sanctorum cap. 4, plurimum cupidus est lector. Videntur tamen Judæi et alia quæ ad commune bonum spectarent, in iisdem proiecchis interdum egisse ac tractasse, uti loco citato indicat Josephus et Græcus hoc loco textus, dum vers. 40 sit, captum Achiorem, in ecclesiam adductum, ibidemquæ à senioribus et concurrente omni multitudine, et feninarum etiam et puerorum, spectatum et auditum fuisse, et vers. 19, ubi noster habet, *finito consilio*, idem Græcus ait: *παρὸς αὐτὸν Ὀζίας ἐκ τῆς ἐκκλησίας εἰς οἶκον αὐτοῦ, accepit eum Ozias in domum suam*.

CHAPITRE VII.

1. Le lendemain, Holoferne commanda à ses troupes de marcher contre Bethulie.

2. Or il y avait cent vingt mille hommes de pied, et vingt-deux mille cavaliers, sans compter ceux qu'il avait pris dans sa marche, et les jeunes hommes qu'il avait amenés des provinces et des villes dont il s'étoit rendu maître.

5. Ils se disposèrent tous à combattre les enfants d'Israël, et ils vinrent le long de la montagne, jusqu'au sommet qui regarde Do-fecatam, quasi dixisset, τὸν ὀρεθῶν. (Grotius.) (2) Latus sive radicem.

APICEM. Extremitatem aliquam, sive collem. In Græco dicitur diffusum fuisse exercitum in valle.

BELMA. In Græcis Romanis est Belthem, in Complutensibus Belmâim, à Brocardo autem in libro de Terrâ sanctâ dicitur Abelinâ; et assertur à Bethulâ milliariorum distare.

CHELMON. In Græco est, χαλμων, vel per aliussonem vicinæ vicinæ chelmon, vel ob fabrum, quæ ibi crescerent, multitudinem; faba enim Græcis χίμας dicitur. (Menochius.)

BELMA. A Brocardo vocatur Abelinâ; urbs est ad radices montis Bethulie, nonnisi leucâ mândine distita; à Dothain vero nonnisi mediâ leucâ. Ibidem in vicino etiam est urbs Chelmon, quæ in Græco vocatur Cymaton. His in locis dicit Græcus Assyrîos castrametatos fuisse; Latini, se ad pugnam accinxisse. Utrumque factum. (Tirinus.)

Holofernes secus Mediterræneum, et per crepidinem montium Ephraimicum profectus, venit in regionem Philistæorum, relictis ad lavam his montibus, Hierosolymâ, exercitque urbibus Judæ. Cum iter in Ægyptum pararet, opportunitum esse non censuit, ut mo-

qui respicit super Dothain, à loco qui dicitur Belma, usque ad Chelmon qui est contra Esdreton.

4. Filii autem Israel, ut viderunt multitudinem illorum, prostraverunt se super terram (1), mittentes cinerem super capita sua (2), unanimes orantes ut Deus Israel misericordiam suam ostenderet super populum suum.

5. Et assumentes arma sua bellica, sederunt per loca quæ ad angustî itineris tramitem dirigunt (3) inter montosa, et erant custodientes ea totâ die et nocte.

6. Porro Holofernes, dum circuit per gyrum, reperit quod fons qui influebat, aqueductum (4) illorum à parte australi ram traheret in loco montibus impedito. Regionem maritimam sub ntu habebat. Sola in eo itinere urbs Bethulia occurrit, quæ venientibus fores clausit. Reperi possunt è præcedenti capite v. 7, dicta de locis hic narratis, unde acies profectioem suam instituit. Græcus et vetus Vulgata ferunt, agmen hostium sese explicuisse in latum à Dothain usque Belmon, in longum à Bethulâ usque Cymatonem, et regione Esdretonis. (Calmet.)

(1) Græcus accuratiss: *Filii Israel ut viderant eorum multitudinem, turbati sunt validè, et discuti unusquisque ad proximum suum: Nunc exortebant hi faciem terræ universæ (vel ex editione Complutensi, concludent, vel tegent); et neque montes eorum excelsi, neque valles, neque colles sustinebant gravitatem eorum*. (Calmet.)

(2) Ita et cap. 4 dicitur quod sacerdotes præcincti ciliciis obtulerunt sacrificia Domino, et erat cinis super capita eorum. Et alibi frequentissimè meminit Scriptura hujus cæremonia seu observationis, quæ ferè utebantur filii Israel quotiescumque in magnâ angustâ erant positi. Hujus autem cæremoniae et observationis ratio est, quod per eam homini in memoriam reducat, quam originem habuerit, et quem finem seu exitum sit habiturus secundum corpus. Nam de terrâ factus est, et secundum sententiam Domini ad Adam, in terram converteretur; unde ista cæremonia magnam habet vim ad excitandam in homine humilitatem, dum ei ante oculos ponitur villitas suæ conditionis. Unde et Ecclesia Christi aptissimè hanc cæremonia in suum usum accommodavit, eo tempore quo maxime intenta est ut illis suis ad humilitatem et penitentiam provocet. hoc est, initio quadragesimæ, quando cinis sacer cui jusque frontis, vel verticis aspergitur cum hoc elogio: *Memento, homo, quia pulvis es, et in pulverem reverteris*. Unde et vocatur dies Cinerum. (Estius.)

(3) Græcus et Syrus addunt: *Incenderunt ignes in turbibus*. Ut scilicet improvise aggressiones vitarentur, atque ut, eo dato signo, venissee hostes in regionem indicarent. Græcus addit: *Die secundâ eduxit Holofernes equitatum suum, ad faciem filiorum Israel qui erant in Bethulâ*. (Calmet.)

thain, depuis le lieu appelé Belma, jusqu'à Chelmon qui est vis-à-vis Esdreton.

4. Les Israélites voyant cette multitude, se prosternèrent en terre; et se couvrant la tête de cendres, ils prièrent d'un même cœur le Dieu d'Israël, afin qu'il lui plût de faire éclater sa miséricorde sur son peuple.

5. Et prenant leurs armes, ils se mirent dans les lieux qui mènent au passage du chemin étroit entre les montagnes, et ils y faisaient la garde pendant tout le jour et toute la nuit.

6. Holoferne, parcourant les lieux d'alentour de la montagne, trouva que la fontaine qui coulait dans la ville, avait du côté du midi

(4) Si accipiatur hic strictè nomen aqueductus, necesse est, fontes, quorum aquæ deducebantur, editores urbe constitutam; neque id incredibile est, licet Bethulia in edito consideret.

Neque in Græcâ neque in Syriacâ versione legas, fontes Bethulie meridionales fuisse urbi, aut Holofernem aqueductum incidisse. Illud tantummodò ferunt, Holofernem, inventis fontibus, milites possuisse, qui Hebræos eorum aditu prohiberent. Nihil pariter apud illos de minoribus fontibus, ad crepidinem montium. Denique non modicè discrepant à Vulgata vv. 6, 7, 8, 9, 40. Ita enim legunt: *Holofernes consideravit ascensiones civitatis eorum, et fontem aquarum eorum aggressus est, et imposuit eis castra virorum bellantium, et ipse rediit ad populum suum. Et accedentes ei omnes principes filiorum Esau, et omnes duces populi Moab, et duces maritime, dicebant: Audiat nunc verbum dominus noster, ut non fiat quassatio in virtute tua. Populus enim hic filiorum Israel non confidunt in lanceis suis, sed in sublimitatibus montium suorum, in quibus ipsi inhabitant. Non enim est facile accedere cacuminibus montium eorum. Et nunc, domine, ne belles adversas eos, sicut fit bellum praelii, et non cadet de populo tuo vir unus. Obtinentes pueri tui fontem aquæ, qui egreditur è radice montis, quoniam inde aquantur omnes habitantes Bethuliam, et perdat eos sitis, et dedit civitatem suam. Et nos, et populus noster ascensum super vicinâ cacumina montium, et castrametabimur in eis ad custodiam, ut non exeat è civitate vir unus. Et tabescent in fame (et in siti) ipsi et uxores eorum et filii eorum; et principum veniat gladius super eos, et retribuetur in plateis habitations eorum; et retribuetur eis retributionem malam, pro eo quod rebellant, et non occurrerunt faciei tuæ in pace. Et placerunt verba eorum in conspectu Holofernis, et ministrorum ejus; et constituerunt facere sicut locuti fuerant. Et promoverunt castra filiorum Ammon (Syrus, filiorum Moab), et cum eis millia quinque peditum filiorum Assur. Profecti castrametati sunt in valle, et præoccupaverunt aquas, et fontes aquarum filiorum Israel. Et ascenderunt filii Esau et filii Ammon (et duodecim millia Assyrîorum), et castrametati sunt in montana*